

LAMPERTVS  
LONGOLIVS DAN-  
TISCANVS, IN CEREVISIAS GER-  
manicas, D. HENRICI CNAVSTINI,  
V. I. Doctoris, Comitis & Militis Palatini, ac  
Poetae Caesarei, Affinis sui Charissimi,  
Epigramma.

Nomina descripsit Zithi duplicemq; liquorem  
Cnaustinus, cuius fama perennis, erit.  
Alter habet nomen Cereris de nomine rubræ,  
Alter sed niucæ nomina clara gerit.  
Diuinum donum est uinum, terraq; mariq;  
Non diuina minus munera Zithus habet.  
Agnoscas, quæso, miseratio quanta Deorum,  
Qui uarie uarijs congrua dona locant.  
His Vinum, ut recreet multo confracta labore  
Pectora, latificet cordaq; mœsta uirum.  
Illis dat Zithum dulcem, gratumq; liquorem,  
E Cereris largo munere, docta manus.  
Sic homo natura potum gustauit, & arte,  
Seu Vinum spectes, seu bona, Zithe, tua.  
Tristitiam pellit Vinum, propellit eandem  
Et Zithus. Duo sunt maxima dona Dei.  
Agnoscamus ob id prælustria dona Deorum,  
Vndiq; nos replent quæ bonitate suos.  
Henricum atq; tibi commendatum uelis esse,  
Qui uarijs rerum dat monumenta modis.

Iuris